Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



92

bono dispensatur hoc accipit ds. Qui enim cum tedio dat perdit
mercedem. Qui cum tristitia manum porrigit fructum remu
nerationis amittit. Non est enim misericordia ubi non est benivo
lentia. De tuis iustis laboribus ministra pauperibus. Non auferas
alteri unde alis tribuas. Nec te misericordem ostendas alieno spo
lio. Nihil prodest si alterum inde reficis unde alium inane facis
Condemnat miseratio ista non proficit. talis misericordia peccata
non purgat sed ampliat. Bonum quod facis misericordie causa
non iactantia facito. Nihil studeas propter laudem nihil pro temporali
opinione. nihil propter famam. sed propter uitam eternam. Quicquid
agis profuturum age mercede eterne remunerationis expectatio te
neat amplius. Nec id quod adhuius sed quod ad uite eterne gtam
prosit. Si enim hic laus queritur illuc remuneratio amittitur. Iusti
autem mercede non hic sed in futuro recipiunt. Futura merces non
presens promittitur iustis. In celo non in terra merces promittitur
scis. Non enim hic est expectantium quod alibi debetur. Ecce acce
pisti monita data est tibi uiuendi norma. Nulla te iam igno non
rantia a peccato excusat. Non es iam uite nescius. Non es iam im
prudens aut ignarus. Lege quam custodias. quid debeas sequi
disposui. Qualis debeas esse descripsi. cognitione mandatorum ha
bes iam scis quid sit recte uiuere. Vide ne ultra offendas. Vide
ne deinceps bonum quod nosti despicias. Vide ne quod legendo
respicis uiuendo contemnas. Donum scientie acceptum retine.
Imple opere quod didicisti predicatione

HOMO.

Gras ago. gras refero. gratiarum actionem rependo Acti
ones gratiarum persoluo. Ago quantas habeo ubertes tibi
gras. quantas: ualeo gras celebro. quantas pro uiribus possum gras
ago. Multa sunt ate mihi concessa. multa conlata. multa speci
ali miseratione largita. Omnia mihi placent. omnia grata sunt omnia
insiderum animo. omnia placent. omnia me oblectant. Quam igit
satisfactione persoluam. quam remuneratione rependam
Quid conpensare possum donis tuis. nisi ut tuis preceptis utar
tibi semp obtempere tibi paream. tibi iubenti obediam. Tues